

*MASTER NEGATIVE*  
NO. 93-81668-4

MICROFILMED 1993  
COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the  
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the  
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from  
Columbia University Library

# COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States - Title 17, United States Code - concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material.

Under certain conditions specified in the law, libraries and archives are authorized to furnish a photocopy or other reproduction. One of these specified conditions is that the photocopy or other reproduction is not to be "used for any purpose other than private study, scholarship, or research." If a user makes a request for, or later uses, a photocopy or reproduction for purposes in excess of "fair use," that user may be liable for copyright infringement.

This institution reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

*AUTHOR:*

AUGUSTINIUS,  
AURELIUS, SAINT...

*TITLE:*

ARS GRAMMATICA  
BREVIATA

*PLACE:*

MARBURG

*DATE:*

1861

Master Negative #

93-81668-4

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES  
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

---

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

189Au<sup>4</sup>      Weber, Karl Friedrich. 1794-1861. ed.  
DZ8      Augustinus, Aurelius, Saint, bp. of Hippo.  
v.3      Ars grammatica breviata, 1861.

---

Restrictions on Use:

---

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35

REDUCTION RATIO: 1x

IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB

DATE FILMED: 12/52 INITIALS 56

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100

Silver Spring, Maryland 20910



301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS  
BY APPLIED IMAGE, INC.

*(Augustine &  
mother)*

189AuA  
~~186~~

no. 4

**AURELIU AUGUSTINI**

**ARS GRAMMATICA BREVIA.**

EDITIONEM IN GERMANIA PRIMAM ET ROMANA INTEGRIOREM

APOGRAPHO CODICIS BRUXELLENSIS USUS

CURAVIT

**CAROLUS FRIDERICUS WEBER.**

MARBURG I.

IMPENSIS N. G. ELWERTI BIBLIOPOLAE ACADEMICI.

MDCCCLXI.

1861

## Prolegomena.

**S**anctus Augustinus, Tagastae CCCLIV p. Ch. natus et Hippone CCCCXXIX vel XXX mortuus, antequam anno aetatis tricesimo tertio Mediolani per Ambrosium in coetum Christianorum receptus XXIV April. a. CCCLXXXVII vitae scholasticae renuntiaret<sup>1)</sup>, literis artibusque liberalibus per novem annos<sup>2)</sup> studium operamque consecravit. Etenim non solum grammaticam sive literaturam *latinam* in civitate patria atque *rhetoricam* prius in capite Africæ Carthagine, postea in urbe Romana aliquamdiu et apud Mediolanenses docuit<sup>3)</sup>, sed etiam *disciplinarum libros V* et *librum de grammatica et de musica sex volumina* composuit<sup>4)</sup>. Quae omnia, ut ipse l. testatur, Mediolani scribere ita conatus erat, ut *disciplinarum* quidem sola principia consignaret, sed *libros de grammatica et de musica* absolutos perficerit. Supersunt, ut constat, nonnisi *de musica libri*; cetera interierunt, quod iam vivo Augustino factum esse ipse verbis significat. Fuerunt quidem, qui et *de grammatica librum*<sup>5)</sup> integrum ad nostram aetatem pervenisse eundemque esse censerent, qui nescio unde<sup>6)</sup> in editionibus S. Augustini Basileens.

1) Possid. Vit. Augustini c. 2.

2) Augustin. Confess. IV, 1, 2. *Per idem tempus annorum novem ab undevicesimo anno aetatis meae usque ad duodecimimum — docebam — rhetoricam.*

3) Possid. l. l. 1.

4) Augustin. Retract. I, 6. *Per idem tempus, quo Mediolani fui baptismum percepturus (CCCLXXXVII) etiam Disciplinarum libros conatus sum scribere, interrogans eos qui mecum erant atque ab huiusmodi studiis non abhorabant. — Sed earum solum de grammatica librum absolvere potui, quem postea de armario nostro perdidi, et de Musica sex volumina. — De aliis vero quinque disciplinis illic similiter inchoatis de Dialectica, de Rhetorica, de Geometrica, de Arithmetica, de Philosophia, sola principia remanserunt, quae tamen etiam ipsa perdidimus, sed haberi ab aliis existim.*

5) Is index legitur in medio codice Palatino, postea Vaticano nr. 1746, ab eadem manu, quae totum scripsit codicem; alter index *regula Augustini de nomine et aliis partibus orationis*, quem Putschius nou habet, a recentiore licet vetere manu primae eiusdem codicis paginae in membrana erasa additus est; cf. A. Mai Nov. Patr. Bibl. T. I P. 2 p. 165 et p. 181. Num vero idem si liber, cuius indicem codex Bobiensis auctore Peyrone (Dissert. de bibl. Bobiensi p. 45) prae se tulisse fertur, *Augustini episcopi tractatus de nomine*, id pro certo affirmari non potest, quum codex Bobiensis non supersit, sed verisimile est.

6) Primus, quod sciam, Amerbachius librum *de grammatica* in operibus Augustini Basileae 1506 edidit, unde in alias, quas dixi, editiones transit. Eum Amerbachius fortasse transcripsit ex codice Laureshamensi sive Palatino, postea Vaticano, de quo infra dicetur;

1528. 1556. 1559. (Tom. I p. 235—262) et inde in *Heliae Putschii Grammaticae latinae auctoribus antiquis* (1605) p. 1975—2018 nomine *D. Aurelii Augustini Hippomensis Episcopi typis repetitus circumfertur*<sup>1)</sup>. Incipit scilicet liber iisdem vv. *Omnia nomina tredecim*, quae verbis Augustini (cf. not. 4) *ab aliis* (al. *aliquibus*) *existimo* addita in editionibus Augustini quas dixi una cum vv. *Hoc opus sic incipit* leguntur, ac si Augustinus ipse haec subiunxisset. Sed viri illi creduli non curarunt vv. *Hoc opus incipit: Omnia nomina tredecim* in omnibus Augustini codicibus deesse<sup>2)</sup> et ex scholio Amerbachii, ut videtur, oriunda alieno<sup>3)</sup> loco esse adsuta, neque considerarunt Augustinum, quod ipse profitetur et libri de musica confirmant, in libro quoque de grammatica rem per colloquium, interrogando<sup>4)</sup> et respondendo, tractasse, quod in libello Augustini Putschiano non est factum. Tum *ars grammatica Sancti Augustini brevata*, quam A. Mai ante hos novem annos primus edidit, cum illo de grammatica libro comparata manifeste ostendit Putschii opuscolum subditum esse, quippe quod multis in locis a genuina Augustini arte brevata recedat, e. g. in definienda interiectione, quam Augustinus Maii IX, 38 orationis partem esse ait, spurius vero liber apud Putsch. p. 1017 negat, in explicanda infinitivi natura, cf. Augustin. Maii IV, 6, 20 cum Putsch. p. 1997, in v. *instar*, quod ille II, 7, 14 duorum tautum casuum (nisi forte v. *accusativi* excidit), hic trium facit apud Putsch. p. 1980<sup>5)</sup>. Praetera Augustinus Putschii utitur vocabulis artis propriis v. c. *subiunctivi* p. 1996, *semineutralis* p. 2004, *neutropassivi* ibid. et græcis v. c. *ἄπτωτος τρίπτωτος* p. 1976. 1980. 1982. 1989. 2017 sq., quae Augustinus Maii non habet et quibus hic abstinet, quia latine dici possunt; aliis contra utitur vocabulis Augustinus genuinus v. c. IV, 9, 22 *meditativa*, cuius loco falsarius Putschianus p. 2006 habet *desiderativa*. Doctior quoque apparere impostor Putschianus, qui Terentium (quater), Horatium (p. 2000), Virgilium (saepissime), Lucanum (p. 2020), Iuvenalem (p. 1976), Varronem, alii auctori nimis debitum (p. 2008), Sallustium (bis), Ciceronem (saepius) et complures artis grammaticae scriptores (p. 1992. 2004 et 2009) laudat, dum Augustinus Maii bis Ciceronem III, 25, 28 et VI, 2, 9, ter Virgilium II, 5, 3, VII, 2, 36 et VIII, 4, 37 et semel Apostolum Paulum II, 5, 3 commenmorat. Denique singula artis grammaticae præcepta et tota ratio tractandi in utroque scriptore et Maiano et Putschiano, quorum ille ab initio *artem pro mediocritate fratrum breviatam* se scripsisse proficitur, hic (p. 2017) *omnes partes orationis se decurrisse, quae ad compendium sufficient* ait, inter se differunt, ut nullus inter utrumque scriptorem intercedat nexus, nisi ubi alii quoque artis grammaticæ auctores consentiunt. Nemo itaque sanus, qui vel obiter Augustinum Putschii cum Maiano comparaverit, epitomen Augustini nuper repertam ex illo Putschiano sumtam atque

Maurini autem editores Augustini (Paris. 1689) nullo equidem libri codice sunt usi (cf. Ernest. ad Fabric. B. L. T. III p. 411) et librum ipsum in appendice suppeditiorum a genuinis separant.

1) Error fortasse inde ortus, quod codex, ex quo liber de grammatica typis descriptus est, hunc S. Augustino tribuit, quemadmodum id in Vaticano factum videmus, et quod in codice Artem Augustini breviatam liber de grammatica exceptit.

2) Praef Maurinorum ad Augustini Oper. Tom. I Append. 1 p. 1.

3) Quae enim verba ad initium artis grammaticae subditae re vera pertinent, nunc non nisi ad opus quinque disciplinarum referri possunt.

4) Cf. not. 4. Quo argumento et Tillemontius unus est, ut librum de grammatica non esse Augustini demonstraret; cf. Ern. ad Fabric. I. l.

5) Cf. et *deponentis* definitionem in grammatica breviata IV, 3, 18 et in Putschiana p. 2003.

in brevius esse redactam arbitrabitur, nemo Putschianum fetum pro genuino Augustini libello habendum esse sibi iam persuadebit<sup>1)</sup>). Integer Augustini liber de arte grammatica intercidit; superest tantum epitome ejus, qua quidem damnum literarum antiquarum resarciri non potest, sed nihilominus vel sic A. Maio gratia debetur, quod summarum certe libri olim pleni tanquam supplementum evulgavit. Invenerat enim Faustinus Arevalus<sup>2)</sup> in bibliotheca Vaticana codicem membraneum saeculi IX vel X, olim sancti Nazarii in Laurissa, inde Laureshamensem, postea Palatinum, nunc *Vaticanicum* (V.) Nr. 1746, qui indices in pagina prima erasa a manu vetere scriptos habet: I. *Artes* (sic) *sanceti Augusti*. II. *Regula Augustini de nomine et aliis partibus orationis*. III. *Ars Donati quam Paulus diaconus exponit* etc. et eosdem libros continet literis antiquis exaratos. Hunc codicem, ut A. Mai observavit<sup>3)</sup>, auctor catalogi MSS. Laureshamensem multis saeculis ante cum indice *ars grammatica sancti Augustini abbreviata* commemoraverat; cf. Spicileg. Roman. ab A. Maio editum T. V p. 191, 27. In eundem codicem incidit et A. Mai atque ex eo *artem Sancti Augustini Episcopi ad Petrum Mediolanensem transcriptam* in Nova Patrum Bibliotheca Tom. I. P. 2 p. 167—181 in lucem edidit. Sed quum prima<sup>4)</sup> codicis pagina, in qua erat Augustini nomen rubricatum operisque titulus una cum initio artis grammaticae (XXV versiculi), *more palimpsestorum a Laureshamensi monacho funditus cluta fuisset atque abrasa, ut ibi titulos omnium quae sunt in codice opusculorum manu sua scriberet*. exordium artis grammaticae Augustinianae ita deletum lacunosumque est, ut ne A. Mai quidem, viri in ejusmodi rebus praestantissimi, acies oculorum acutius intenta omnia abolita eruere atque deleta supplere posset. Praeter initium mutilum, cuius tamen prima verba A. Mai sagacitas exploravit, codex reliquam grammaticam continet integrum usque ad calcem. Contigit autem, ut quae desunt in codice Vaticano et in editione A. Maii ex duobus aliis MSS. et Parisino et Bruxellensi supplerentur atque suppleri possint. Codex enim est *Parisinus* (P.), qui signatus Nr. 7520, membraneus, folii minoris, exaratus esse fertur saeculo X, ex eodem fonte atque Vaticanus<sup>5)</sup> oriundus. Comparavit eum cum Maii editione ab initio usque ad vv. *In comparatio autem* §. 5 (§. 3 ed. Mai.) E. Miller et apographum eiusdem partis typis describendum curavit in Journ. des Sav. 1853 p. 577 sq., ex quo contextum redintegravimus. Accedit alter Codex ad totam Augustini artem restaurandam optimus, qui olim hospitalis S. Nicolai prope Cusam ad Mosellam, nunc *Bruxellensis* (B.), bibliothecae publicae, saeculo IX exaratus esse fertur auctore Theodoro Oehlero, qui codicem diligenter<sup>6)</sup> descripsit apographumque Frid. Osannio nostro, morte heu nobis crepto, mercede constituta et accepta vendidit. Nunc pertinet exemplum transcriptum ad suppellectilem Osanni literariam, unde id nactus sum. Codex, qui satis multa scripturae compendia habet, in singulis locis negligenter a vero saepius aberravit (II, 3), verba inconsiderate distinxit (ib. bis), in scribendi ratione<sup>7)</sup> sibi non constituit

1) E. Miller quoque in Journ. des Sav. 1853 p. 576 librum Putschianum Augusti pro genuino habendum esse negat.

2) Cf. Prolegom. eius Isidor. T. II p. 370.

3) In Nov. Patr. Bibl. T. I P. 2 p. 165.

4) A. Mai descripsit codicem I. l. p. 166.

5) E. Miller l. paulo post l.

6) Illic illuc tantum in compendiis scripturae errasse videtur.

7) Eam tamen ad certam legem revocavimus; non utitur librarius assimilacione literarum, nisi in vv. *appellativa* (II, 2), *appararet* (III, 5); idem scribit *imperativus* (III, 5, 6), sed *inpersonale* (IV, 5, 22), *imperitorum* (III, 23).

(caeteri ceteri, conponere componere, intellego intelligo, hi hii), singula vocabula (II, 1 *cum—*sine, 5 *ut cum dicimus*, 7, 10, 11, III, 22, IV, 6) adeoque sententias (II, 7 *accusativus—*potest o; 14 *nequam—sic*; IV, 25 *codem—erunt*, quae temen et in Vatic. desunt; 27 *codem—fuerint*) omisit; nihilominus ad restituendum Augustini contextum multum confort, quum meliores praebeat scripturas et quae cod. Vatic. non habet singula vocabula (VIII, 1, 2.) totasque sententias (III, 1 *per ea — finita sunt*) supplet.

Iam vero de indice libelli Augustiniani recens reperti, qualis primitus fuerit, ante omnia quaerendum est, quum varie a variis laudetur. Auctor catalogi MSS. Laureshamensis<sup>1)</sup> indicem codicis, qui postea Palatinus sive Vaticanus dictus est, exhibet hunc: *Ars grammatica sc̄ti Augustini abbreviata*. Eiusdem codicis recentior quidem sed a vetere manu rescriptus index auctore Faust. Arevalo in Proleg. Isidor. I. l. primae paginae erasae additus hic est: *Artes sancti Augustini*. A. Mai vero ex vestigiis singulis literarum abolitarum hunc titulum eruisse sibi visus est: *Ars Augustini ad Petrum Mediolanensem*, et disputat p. 166 et p. 181 uberioris de Petro illo amico atque admiratore Augustini, quem Petrum Consentium grammaticum fuisse sibi persuasit. Idem tamen Maius prudens et cautus monet lectioem indicis in codice Vaticano panlio incertiori, immo satis obscuram esse. Et sane vir aliqui peritissimus codicis legendi et acutissimus in hoc titulo restituendo longe a vero aberravit. Etenim in Codd. Paris.<sup>2)</sup> et Bruxell. apparet index perspicue exaratus hic: *Incipit ars sancti Augustini pro fratrum mediocritate breviata*, ita ut singulas vocabulorum *pro fratrum mediocritate* literas RO F RVM MEDIO A E, quae superstites in cod. Vatic. conspiciebantur, A. Maium in errorem induxisse pateat. Accedit auctoritas Cassiodorii, qui in loco infra laudato ad indicis vv. *pro fratrum mediocritate* respicit, et auctoritas catalogi Codd. Laureshamensis, qui<sup>3)</sup> *artem grammaticam sancti Augustini* commemorat *abbreviatam*, fiuum tituli hac voe significans. Abeat igitur Petrus Mediolanensis iste neve indicem libelli Augustiniani nomine suo interpolatum corrumpat.

Deinde dubitari potest, utrum sanctus Augustinus an alias artem grammaticam breviatam scripserit, quum neque Augustinus ipse in Retractionibus librorum a se scriptorum, neque Possidius in indiculo opusculorum S. Augustini hanc artem breviatam commemoraverit, et ille<sup>4)</sup> indicem *de grammatica librum*, hic<sup>5)</sup> *de grammatica librum unum* laudaverit. Sed habemus auctoritatem trium codicum, Laureshamensis<sup>6)</sup> sive Vaticani<sup>7)</sup>, Parisini et Bruxellensis, qui et in fronte et in calce<sup>8)</sup> artis breviae nomen Augustini gerunt. Accedit testimonium gravissimum, quod Osanno nostro debemus, M. Aurel. Cassiodorii<sup>9)</sup>, omnem rei dubitationem tollentis. Is enim de variis grammaticae scriptoribus disserens in libro *de artibus ac disciplinis liberalium literarum*<sup>10)</sup> cap. I Augustinum quoque grammaticum his commemorat: *Sed et*

1) Cf. A. Mai Spicil. Rom. T. V p. 191, 27.

2) Journ. d. Sav. 1853 p. 577, ubi E. Miller errorem

Maii notare debebat.

3) Spicileg. Roman. Maii Tom. V p. 191, 27.

4) Retract. I. 6.

5) Indicul. c. 6.

6) *Nomen Augustini initio etiam opusculi bis a monacho laureshamensi parvis magnisque litteris exaratum fuit*. A. Mai N. B. P. I. l. p. 166.

7) *Nomen Augustini perspicue conservatur in calce opusculi manu vetere*. A. Mai I. l.

8) De codice Parisini quidem calce id non constat, sed ibi quoque nomen Augustini legi admodum verisimile est.

9) Natus Scyllacii anno 469 vel 470; Garet. in Casiod. edit. T. I p. 7.

10) Tom. II p. 529, a ed. Veneti.

*sanctum Augustinum propter simplicitatem fratrum breviter instruendam aliqua de eodem titulo [de arte grammatica] scripsisse reperimus, quae vobis lectitanda reliquimus, ne quid rudibus deesse videatur, qui ad tantae scientiae culmina praeparantur.* Respicit vero Cassiodorus, ut patet, ad artem Augustini breviatam, cuius indicem non modo vv. *breviter instruendam* indicant, sed etiam vv. *propter simplicitatem fratrum* explicant, ita ut de eo, quod Cassiodorus grammaticae Augustinianae epitomen, quae nostram tulit actatem, et oculis suis viderit<sup>1)</sup> et pro genuino libro habuerit, dubitari non possit. Denique Abbo Floriacensis, monachus Benedictinus et diaconus saeculi X, in Quaestionibus grammaticis ad fratres Benedictinos scriptis<sup>2)</sup> se locum legisse ait in *opusculis*<sup>3)</sup> *Augustini* de comparativi structura eiusque loci verba nonnulla, ex arte Augustini breviata<sup>4)</sup> II, 5 hausta, memoriter et propterea commutata profert; is vero procul dubio v. *deminutivo* *opuscula* epitomen artis grammaticae significare voluit, non integrum librum, qui tune iam intercidet.

Nihilominus sic statuo et censeo, epitomen artis grammaticae ab Augustino absolutae<sup>5)</sup> post mortem eius intra annum DXXX<sup>6)</sup>, quo monasterium Cassinense conditum est, et DLXII, quo anno obiisse dicitur<sup>7)</sup> Cassiodorus, non ab ipso Augustino, sed potius a Benedictino quodam monacho, fortasse monasterii Cassinensis, in usum fratrum Benedictinorum factam sive in compendium quoddam redactam esse, quam superstitem habemus. *Arts enim breviata* neque ab ipso Augustino in Retractionibus I, 6, paulo ante mortem suam dietatis<sup>8)</sup>, neque a Possidio in Indiculo c. 6 opuscula Augustini recensente laudatur; deinde nulla apparet causa, cur Augustinus in epitomen coegerit librum suum, cui formam dialogi consulto indiderat; tum ars grammatica ab Augustino, Manichaeorum doctrinae per novem integros annos dedito, ad usum communem omnium dissentientium, non monachorum tantum scripta fuit, antequam sacris Christianis imbuueretur, ut ipse<sup>9)</sup> testatur; in arte vero breviata II, 5 et *episcopi*<sup>10)</sup> et Pauli apostoli<sup>11)</sup> landantur verba, quae potius ab epitomatore quodam Christiano addita, quam a grammatico Augustino orta esse exspectaveris. Accedit quod inscriptionis vocabulum *sancti* vulgo de mortuo Augustino valet et vox *fratrum* Benedictinos monachos, quorum hoc erat sollempne<sup>12)</sup> nomen, non alios significare videtur. Illo autem tempore, quo tenebrae literas magis que obnubilabant, Benedictini soli ex monachis et grammaticam doctrinam linguae latinae cupiebant, et soli epitomen eiusmodi confidere poterant. Itaque et reliqua indicis verba *pro fratrum mediocritate*, quae ad captum fratrum spectant, epitomen artis grammaticae ad usum monachorum

1) Cassiodorus tamen in arte grammatica non Augustinum sequitur, sed Donatum, qui (T. II p. 529 ed. Ven.) et *pueris specialiter aptus et tironibus probatur accommodus*; nihilominus singula Cassiodori cum Augustinianis consentunt.

2) Apud A. Maium in Spicileg. Roman. T. V p. 345 sq., cui hic locus debetur.

3) Abbo hoc vocabulo praeter artem Sancti Augustini fortasse etiam librum de grammatica significavit, quem cum arte coniunctum Augustini esse putavit.

4) Cf. ibidem Maium.

5) Cf. Retract. I. 6.

6) Garet. I. l. p. 26. Cassiodorus 69 vel 70 annos

natus 538 vel 539 in monasterium Vivariense sive Castellense se receperat, ibique literas humanas docuit. Garet. I. l. p. 17 sq.

7) Alium mortis annum Cassiodorii (538) statuit Gregorov. Gesch. d. Stadt Rom T. II p. 13.

8) Possid. Vit. August. 28.

9) Retract. I. 6.

10) Apud Abbonem Floriacensem I. l. legitur *docti pro episcopi*.

11) Ex epistola ad Corinthios data I, 13, 13.

12) *Fratres* quidem dicit monachos et Augustinus (cf. Vit. eius Possid. c. 11 et 28); sed hoc erat vulgare, non sollempne nomen dei servorum.

linguam latinam, qua non bene uterentur, addiscentium<sup>1)</sup> factam eorumque menti aptatam esse declarant. Sed artem breviatam ex genuino Augustini libro *de grammatica* sumtam esse non est quod dubitemus et quodammodo comprobatur, ut recte iam A. Mai<sup>2)</sup> mouuit, vocabulo punico *dellas* sive *delecs* IX, 4, cuiusmodi verbis punicis Augustinus et in aliis scriptis suis uti consuevit.

Est igitur ars grammatica breviata neque pro Augustini *de grammatica libro*, quem in *Retract. I*, 6 laudat, habenda, neque opus ipsius Augustini, quod Arevalus<sup>3)</sup> suspicatus erat atque A. Mai<sup>4)</sup> et E. Miller<sup>5)</sup> sibi persuasasse videatur, sed potius, quod index codicum declarat, epitome libri Augustiniani de grammatica a nescio quo monacho Benedictino facta monachorumque ingenio accommodata. Quae quamquam fortasse in causa fuit, cur grammatica Augustini integra perierit, excerpta<sup>6)</sup> tamen e libro, quem summus ecclesiae christiana doctor composuit, vel sic nobis grata et accepta est, quippe quae ad linguam latinam rectius intelligendam<sup>7)</sup> et ad saeculi sexti<sup>8)</sup> ingenium, quod in Italia tunc vigebat, cognoscendum nonnullum conferat, ita ut eam cum delectatione quadam licet non magna perlegas. Est enim grammatica ad vulgarem sensum accommodata, summam rem breviter complexa, eleganter perspicueque scripta et singula nova<sup>9)</sup> praebet.

Artis breviae editionem ita curavi, ut apographum Oehlerianum codicis Bruxellensis in scriptura et in distinguendi notis i. e. punctis<sup>10)</sup> diligenter accurateque redderem; hic illuc distinguendi signum perspicuitatis causa addidi; corrupta et falsa vel ope codicis Vaticani vel conjectura mea aliorumve emendavi; nonnulla vel codicis Parisini collatione ab E. Millero instituta atque Vaticani scriptura usus vel proprio Marte supplevi, quae omnia una cum discrepantia lectionis indicavi. Denique capitum et segmentorum notas addidi, servatis itamen Maianis, quas uncis circumscripti.

<sup>1)</sup> Fortasse et docentium, si sequimur III, 3 codicem Vaticanum, qui magistri post negligentes addidit.

<sup>2)</sup> N. P. B. Vol. I p. 166. *Punicum illud Dellas — latine carex prorsus et omnino indicare videtur Augustinum auctorem, qui punica verba non pauca in aliis scriptis recitare solet. Hoc autem Dellas neque alibi apud ipsum Augustinum, neque, ut puto, apud puniceae linguae tractatores — apparerat.* A. Mai.

<sup>3)</sup> Proleg. ad Isidor. T. II p. 374.

<sup>4)</sup> N. P. B. l. l. p. 165. *Opuscolum elegans — neque ullatenus Augustino indignum.*

<sup>5)</sup> In Journ. des Sav. 1853 p. 576. *Le nouveau traité de grammaire — est bien certainement l'œuvre du savant évêque d'Hippone, dont l'esprit sain, méthodique et pénétrant se manifeste à chaque ligne.*

<sup>6)</sup> Tales sunt et elocutiones in fine epitomes, quas A. Mai in notas relegavit.

<sup>7)</sup> *In quo (opusculo) etsi plurima reliquis Artigraphis necessario communia sunt, attamen nova sunt*

*a rei studiosis ac lexicographis utique observanda cum classica insuper stili bonitate ac perspicuitate.* A. Mai N. P. B. l. l p. 166.

<sup>8)</sup> *Quo incuriosi (III, 3) et neglegerentes (magistri) perversa docebant et a poetis tempus exclusit (IX, 3) i. e. poetae propter ignorationem prosodiae non legebantur.*

<sup>9)</sup> Cf. IV, 33 de connexionibus verborum.

<sup>10)</sup> *Punctis, quae codex Bruxellensis sola pro notis distinguendi sed sine discriminione habet, ita sum usus, ut regulam sequerit Donati in arte gramm. I, 6 p. 9. Distinctio est ubi finitur plena sententia huius punctum ad summam litteram ponimus subdistinctio est ubi non nullum superest de sententia, quod tamē necessario separatum mox inferendum sit huius punctum ad imam litteram ponimus media est ubi fere tandem de sententia superest quantum iam diximus. cum tamē respiraudum sit huius punctum ad medium litteram ponimus; cf. et Isidor. Or. I, 19, 3 sqq.*

## ¶ Incipit Ars Sancti Augustini

Fol. 9.a.B

### Pro Fratrum Mediocritate Breuiata\*).

p. 167 M. [1] §. 1. [1] *+ Latinitas est obseruatio incorrupte loquendi secundum romanam linguam: constat autem modis tribus id est ratione auctoritate consuetudine. ratione secundum artem. auctoritate secundum eorum scripta quibus ipsa est auctoritas attributa. consuetudine secundum ea quae loquendi usu placita adsumpta sunt.*

[Caput I.]

### De Partibus Orationis.

[2] §. 2. [2] *Partes orationis sunt octo Nomen Pronomen Verbum Aduerbiu m Participium Coniunctio Praepositio Interiectio.*

[Caput II.]

### [De Nominis.]

§. 1. *Nomen est pars orationis cum easu sine tempore significans plene quae aliquo genere quod sexum adiunxit enuntiantur quanquam enim genus neutrum nec masculinum nec femininum sit. tamen quia negotio utroque sexu signatur. ex eo ipso habet causam ut*

Index siglorum.  
B. = Codex Bruxellensis. M. = Editio Maii. P. = Codex Parisinus. V. = Vaticanus sive Palatinus.

\* ) A. Mai in Cod. Vatic. palimpsesto nr. 1746 titulum rubricatum, partim atramento renovatum, invenisse sibi visus est *Ars sancti Augustini ad Petrum Mediolanensem*. Auctor catalogi MSS. Laureshamensis (cf. A. Mai Spicil. Rom. T. V p. 191), qui eundem codicem Vaticanum, olim Laureshamensem, commemoravit, indicem praebet *Ars grammatica sancti Augustini abbreviata*. Servavi scripturam cod. Brux.; cf. Prolegomena. Cod. Paris. Nr. 7520 (cf. Miller in Journ. des Sav. 1853 p. 577 sq.) cum Bruxellensi concordat.

§. 2. 1 *Caput I. II etc. addidi de meo. 2 V. add. Incipit ante de part. Vv. de nomine add. post orationis P. et V. — 4 prepositio B.*

§. 1. 2 *De Nominis add. de suo Oehl. — 3 Nomen*

*est pars — ex his varie (§. 3, 15) erasa in V. — cum*

*et sine ex P. desunt in B. — plene quae P. ple-*

*neque B. — 4 quo de B. quod ad sexum P. —*

*adiunxit B. — enuntiat B. enuntiantur P. —*

*5 femininum. sed tamen B. femininum sit tam. P. —*

*qui a P. — negotio B. negato P. — sexus B.*

inter genera nominaretur. Nomi accidunt multa sed animaduersione maxime digna sunt *qualitas genus numerus comparatio figura casus*.

§. 2. In *qualitate* consideratur utrum sit *proprium* an *appellativum*: *proprium* est quaecunque res a ceterarum omnium quantum potest commune secernitur. *appellativum* 10 quod commune cum multis est: nam *civitas* multarum ciuitatum commune nomen est et ideo *appellatum* est. *Roma* nero cum dicimus a ceterarum eam commune seiungimus: itaque hoc nomen *proprium* est: sic et *fluvius* *appellatum* *Tiberis* *proprium* et *homo* *appellatum* *Cicero* *proprium*.

§. 3. *Genera nominum simplicia tria sunt masculinum ut vir femininum ut mulier neutrum* ut *scrinium*: ex his varie coniunctis fiunt alia tria *commune utriusque sexus* ut *hic et haec homo*, *commune ex masculino et neutrō* ut *hic et hoc uictor*. dicimus enim *uictor iuuenis uictor numen*. *feminino enim uictrix* facit *commune omnium generum* ut *hic et haec et hoc felix*: dicuntur quaedam etiam *promiscua*. quando uno genere uterque sexus includitur: nam *hic passer* dicitur siue *masculus* siue sit *femina* et *haec aquila* etiamsi non sit *femina*: sed ideo non adnumerantur quia uel *masculino* uel *feminino* generi adtributa sunt.

§. 4. *Numeri* sunt duo *Singularis* ut *hic vir* *Pluralis* ut *hi viri*.

§. 5. *Comparationis* gradus tres sunt *Positivus* ut *iustus Comparativus* ut *iustior Superlativus* ut *iustissimus*: per *positivum* fit comparatio ut aequalitas quaedam ostendatur. 25 ut cum dicimus *tam est hic iustus quam ille*: et ideo nominatum casum regit: [3] in [3] *comparativo autem et superlativo* non est aequalitas sed alius alii praeponitur: ita tamen ut *comparativus ablativus* casum regat: aliquando autem *genetivum plurale* regit. ut cum de tribus episcopis interrogamus *quis illorum prior est*, unum de ipsis tribus priorum

*sexu P.* — 6 an nominetur? *Nomini* P. *Nomini*, quod Millier coniecit, B. — accidunt P. accidunt B. — *maxima* maxime, ut Mill. voluit, B. — 7 *comparatio B.V.* — 8 *propria B.* *proprium P.* — 9 *quaecunque Oehl.*, qqque B. quoque quae P. Mill. coni. *qua pro que.* — 10 *communione P.* *commune B;* cf. *infra*. — 11 *ceterarum B.* *ceterarum P.* — 12 *non proprium B.*

§. 3. 15 *uareae B.P.* quod correxii. — fiunt. *alia B.* fiunt *alia* P. fiunt *aliaque commune* — *utriusque* — *homo erasa in V.* — 16 *ut hic* — *enim vitor*, deinde *numen et enim* — *commune erasa V.* — *omnes euim B.* dicimus enim P. — 17 *invenis B.* *invenis P.* — *nomen P.* *numen B.* — *omnibus generibus P.* *tribus generibus V.* — *ut ex P.* — 18 *felix* dicuntur. quaedam B. *felix*. Dicuntur quaedam P. *felix erasum V.* — dicunt quidem V. — *promiscua* quando uno (ro

Mai) erasa V. — 19 *includitur erasum V.* — *femina sit P.* sit *femina B. V.* — 20 *etiamsi P. V.* si B. — sed ideo non adumerantur erasa V. —

§. 4. 22 *Numeri sunt erasa V.* — *ut hic vir erasa V.* —

§. 5. 23 *Comparationis* ut post P. — sunt tres P. *Computantur tres sunt V.* — 24 *Per posit. P.* *praeposit. B.* *Per posit.* — *ut erasa V.* — *comparativus B.* *comparatio P.* — *ostendatur ille erasa V.* In mediis Mai legit *cima est*. — 25 *ut cum dicimus ex P.* desunt in B. — regit. *In non apparent in V.* — 26 *comparatio*. Incipit Cod. V. integer; desiit collatio Cod. P. Scripti *compar.* ut semper. — *aliquid aliis V.* — *ita tamen desunt V.* — 27 *h*e*i. e. autem B.* (cf. de h*e*i Vit. Lucan. P. I p. 17 not. 23), ut postea 29.35; etiam V. — *genitivum B.*, qui postea ubique *geneticus*. — 28 *Pro episcopis Mai ex Abbone vult doctis*, quam veriorem lectionem esse putat. —

uolentes cognoscere: si autem dicamus *quis illis prior est*: nescio quam personam quartam uidemur inquirere quae illis tribus prior est: unde etiam *Paulus* apostolus cum diceret *manet autem fides spes caritas tria haec*. quod caritas inter tria iam numerata est. dixit *maior autem horum caritas*: nam si diceret *maior autem his caritas*: aliam caritatem quasi quartum aliquid inducere uideretur. quod tribus dinumeratis id est fidei et spei et caritati praeponenter: cuius rationis minus capaces quidam in aliquantis codicibus emendauerunt *maior autem his est caritas*. ut cum dicimus *iustior hic illo* et nominatiuum. ut cum dicimus *iustior hic quam ille*: deinde non solum suo generi uelut *uelocior homo homine* sed alieno etiam comparatur. ut *uelocior lepus homine*. + et singularis plurali ut *hic fortior est illis aut fortior est quam illi*. et pluralis singulari ut *hi fortiores illo uel quam ille*. *superlativus* uero et tantummodo suo generi comparatur et non nisi per genetivum pluralem: non enim possumus dicere *uelocissimus equus* nisi equorum aut *sapientissimus homo* nisi hominum et similia. siue singularis plurali comparatur ut ea quae dicta sunt. siue utrumque plurale sit ut *fortissimi homines hominum*: aliquando etiam genetivum singularem sequitur. cum idem genetivus sono quidem singularis intellectu autem pluralis est. ut cum dicimus *fortissimus gentis illius*: unde etiam ille dixit o *Danaum fortissime gentis Tydide*.

§. 6. [4] *Figura nominum* est per quam consideratur utrum *simplex* an *compositum* nomen sit: est autem *compositum* nomen cum sit unum ex duabus uel pluribus partibus orationis. ut cum dicimus *ineptus uel inexpugnabilis*: nam illud de duabus hoc ex tribus partibus orationis conjectum est: sane particulae quibus nomina conponuntur aut integrae sunt omnes aut corruptae omnes aut partim integrae partim corruptae: *corruptas* dico 50 quando per ipsam compositionem integratatem amittunt. nec ex eo lamen minus latinum

*quos illorum B.* — 29 *agnoscere V.* — *quos illis B.* — 30 *uidetur B.V. corr.* Mai uidemur. — *tribus illis V.* — *Paulus I. Cor. 13, 13.* — 31 *quoniam caritas V.* — *connumerata fuerat V.* — 33 *quartam B.* — 34 *praeponenter*. Totum hunc tractum legebat apud Augustinum Abbo Floriacensis, a nobis editus in AA. classicorum T. V p. 345 sq., qui praeclarum simul dat testimonium auctori Augustino. Sic ergo Abbo: *Comparativum* [sic emendav. Mai; in Specil. est *comparacionum*] gradum dicunt grammatici servire semper ablativo casui, sed in opusculis Augustini legi, quod si rebus propositis eundem casum comparativus innixerit, extra ipsas res erit quod idem gradus intulerit, ut puta sint tres docti: si requiris quis eis docti sit, quartum procul dubio tibi reddi cupis; sin per geniticum quis eorum sit

doctio inestigas, unum ex his tribus doctorem desideras. Quocirca, ut idem doctor ait, cum non minentur tres virtutes, fides, spes, caritas, melius est dicere neutraliter *maior horum*, quam *maior his est caritas*, ut non quartum aliquid introducas, sed in rebus propositis quid maius sit seceras. *MAI.* — 35 *caritas*. Ita reipse scribunt S. Ambrosius et Beda, ut observat Sabaterius. *MAI.* horum est et in aliis locis Augustini et apud Hieronymum. — 38 *ille B.* — *hii B. V.* sed alibi fere semper habent *hi*; distinguendum enim est inter *hii* i. e. *ii* et *hi*, quod ab *hic* descendit. — 39 *comparatur B.* ut postea. — 42 *fortissime B.* — 44 *dixit*. Virgil. A. I, 96.

§. 6. 46 per quem B. — Scripti *compositum*, ut in B. postea semper. — 49 *Sana B.* sane, quod voluit Oehl., V. — *componuntur B.* — 50 *corrupte B.* —

nomen efficiunt nam cum *ineptus* dicitur id utique latinum est. et tamen *eptus* latinum non est ex eo enim quod est *aptus* corruptum est si quis itaque non diceret *ineptus* sed *inaptus*. eo minus latinum nomen esset quod corruptum nihil haberet.

§. 7. [5] *Casus* est gradus quidam declinationis mutatione nouissimae syllabae.  
casus sunt sex *Nominatius Genetivus Datius Accusativus Vocativus Ablativus nominatiivus* est cui praeponi potest *hic aut haec aut hoc. genetivus* cui praeponi potest *huius. dativus* cui praeponi potest *huc. accusativus* cui praeponi potest *hunc hanc uel hoc. uocativus* cui praeponi potest *o. ablativus* cui praeponi potest *ab hoc || uel ab hac uel ab hoc* hoc autem in numero singulari nam in plurali *hi et hae et haec* in nominativo praeponitur. *genetivo horum et harum et horum. dativo his. accusativo hos uel has uel haec. uocativo o. ablativo ab his* sunt qui alium casum uelint adiungere quem *septimum* uocant. ut cum dicimus *virtute beatus et nauis uestus* id est per virtutem et per nauem et similia.

§. 8. Ergo nomina hoc modo declinantur. *Tullius* nomen proprium generis masculini numeri singularis figurae simplicis casus nominativi quod declinabitur sic nominativo singulari *hic Tullius. genetivus huius Tulli dativus huic Tullio accusativus hunc Tullium uocativus o Tulli ablativus ab hoc Tullio et plurali nominativo hi Tullii. genetivus horum Tulliorum dativus his Tulliis accusativus hos Tullios uocativus o Tullii ablativus ab his Tulliis*.

§. 9. Femininum hoc modo. *Tullia* nomen proprium generis feminini numeri singularis figurae simplicis casus nominativi et uocativi quod declinabitur sic nominativo singulari *haec Tullia. genetivus huius Tulliae dativus huic Tulliae accusativus hanc Tulliam uocativus o Tullia ablativus ab hac Tullia et plurali nominativo hae Tulliae. genetivus harum Tulliarum dativus his Tulliis accusativus has Tullias uocativus o Tulliae ablativus ab his Tulliis*.

§. 10. Neutrūm hoc modo. *Scrinium* nomen appellatiūm generis neutri numeri singularis figurae simplicis casus nominativi accusativi et uocativi quod declinabitur sic.

*Corruptus* B. — 52 in utique B. — 53 *corruptus* B. — 54 si *corruptum*. V; qua B; correxi quod.

§. 7. 57 ho. genet. B. — 58 *genetivus est cui V. — Vv. accusativus* — potest o excederunt in B; an *uel hanc uel hanc?* — 60 *hi B. haec V. an uel hae uel haec* ut postea *uel harum uel horum?* — 61 *praeponuntur V. — dativus B. — hus uel has B. — 62 uocativus B. — ablativus B. — Sunt que B. — uellent V. ex quo Mai fecit uellent. — Septimum*, cf. Charis, II p. 154, 11 K et Diomed, I p. 317 K. — 63 *nauim V.*

§. 8. 66 *numer singulari* B. — *nominat.* B. — 67 Pro *genetivis etc. genetivo etc. in seqq. V. — Tullii V. — 68 plural. nominat. B. hui B. — 69 his Tullius B. — o Tulli B.*

§. 9. 71 *generis femininum* B. — 72 *singul. fig. simpl. casus nomin. et uocat.* B. ut in seqq. — *Nominat. singul. B. — 73 genetivo etc. V. ut in seqq. — 74 plural nominat. B. — haec V.*

§. 10. 78 *singular. figurae simplic. casus nominat. B. — accus. et uocat. B. — 79 scrinii an scrini?* cf. Tulli l. 67. — *hoc scrinium excederunt*

[5]

*hoc scrinium huius scrinii huic scrinio hoc scrinium o scrinium ab hoc scrinio. pluraliter haec scrinia horum scriniorum his scrinii haec scrinia o scrinia ab his scrinii*

80

